



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Titvlvs XXVIII. De Clerico non ordinato Ministrante abid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

quâ solâ privat excommunicatio minor;
eligi vide ad beneficia Ecclesiastica non
potest, cùm sit à participatione Sacra-
mentorum impeditus; quarum tamen
perceptione ratione beneficii sèpius ipsi ne-
cessaria est; probabilius tamen est, quod
talis electio non sit ipso jure nulla, sed
irritanda per judicem Ecclesiasticum,
et tamen scienter facta sit, ut habetur *ex
cap. cit. finali.* Quod si tamen igno-
rantiæ eligentium, & electi intervenient-
fer, probabilius est, quod irritanda ea
non esset, cùm *cap. sèpius relatum irri-
tandam tantum velit scienter factam;* &
taliter impeditum non reddat absolute
inhabitabilem; prout probabilius concedi-
tur, quod ad beneficia simplicia Eccle-
siastica, eligi possit, cùm ratio in Ca-
pitulo allata pro eo, quod ad beneficia Ecclesiastica eligi non possit, non urgeat
pro beneficiis simplicibus Ecclesiasti-
cis.

§. VIII.

*An & quomodo peccet ligatus ex-
communicatione minore, conferendo,
vel administrando Sacra-
menta?*

Peccare quidem (saltem venialiter) ta-
lens administrando Sacra menta, valida
tamen hæc esse, *in cap. hoc vlt. dicitur §.*
peccat autem; quamvis enim admini-
stratio aetiva Sacramentorum prohibita
graviter tali minore excommunicatione
ligato non sit, sed sola passiva Sacramen-
torum perceptio, negari tamen non po-
test, quod excommunicatio talis inde-
centiam aliquam afferat in ordine etiam
ad administranda aetivè Sacra menta, hinc
venialis saltem culpa committitur, nisi
administrando aetivè, passivè etiam ipse
excommunicatus Sacra menta percipiat,
prout sit ab eo, qui Missam legit.

TITVLVS XXVIII.

DE CLERICO NON ORDINATO MI-
NISTRANTE.

Clericus, qui ministrat in ordine,
quem non habet, excommunican-
dus est, & fit irregularis, ut ne possit
ad alios ordines sine dispensatione
promoveri, ac ad certum tempus bien-
nij, vel triennii, pro arbitrio Episcopi,
ab ordinis etiam quem proxime suscepit,
executione, suspenditur, *cap. si quis &
cap. ex literis 2, b. t. 6* verò laicus actus ra-
les ordinum (majorum scilicet, de mi-

noribus enim excusat consuetudo) quos
non habet, exerceat, ex probabili sen-
tentia, nullam incurrit irregularitatem,
cùm nulla in jure pro laico taliter min-
istrante statuta sit. Plura autem requiri-
untur, ut clericus etiam in ordine non suscep-
to ministrans, irregularitatem incurrat.
Primo scilicet, ut aetum proprium ordi-
nis alius exerceat, qui ab alio, qui
ordinem talis non habet, exerceat (scilicet
III ii 2 tē)

tē non potest. Secundō ut scienter in tali ordine ministret. Tertiō ut ministret in ordine, quam nec quoad substantiam validē suscepit. Quartō ut terid in ordine, quem non habet, ministret, ita ut actio illa non sit ludicra tantum. Quintō ut ministret solemniter. Sextō ut non tantum exerceat actum jurisdictionis, quām non habet, ratione ejus nulla irregularitas incurrit, sed ut

exerceat auctum ordinis. Videntur iam bulla Clement. VIII. Et h̄c. Quarto decemb. 1601, dat ab eis qui non sacerdos Missas celebrat, a confessione audit, scivit, unde inquisitoribus, vel locorum ordinis tradatur, degradandus, si qua culpa haberet, & curia seculati puniendatur.

TITULVS XXIX.

DE CLERICO PER SALTUM PROMOTO.

PEr saltum promotus dicitur, qui superiorem ordinem accipit, non praemissio inferiore; & quamvis superiorē hunc ordinem validē accepit, qui taliter per saltum promotus est, illicite tamen fecit, uti colligitur ex can. solidiendo 2. dist. 52. juncta gloss. communiter recepta V. Subdiaconatus: neque tamen, si non ministrayit in ordine per saltum suscepito, irregularis est, Cūm nulla legatur in iure in tales statuta irregularitas

sed suspenitus tantum ab ordinis per saltum suscepiti executione, donacordis inferior praetermissas supplicia, ut habetur ex cap. iue. uni. b. 1. ubi constat Episcopo, ut cum tali si ordinis praemissum suscepit, dispentare possit, quod posuit in suscepito per saltum ordinare ministriare, quod ipsum confirmare potest ex Trid. Sess. 23 cap. 14. art. 2. format.

TITULVS XXX.

DE EO QUI FURTIVE ORDINEM SUSCEPIT?

Furtivē ordines suscipere dicuntur, qui sine licentia & consensu proprii Episcopi, sine prævia examinatione

per dolum se ingerunt ordinandi, ne ignorante Episcopo ordinatore ordinis recipiunt, vel simul eodem die doceantur.